



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

62. Pechinum redire parat Riccius videns dona sua Regi plac.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

62.  
Pechinum  
redire parat  
Riccius vi-  
dens dona-  
tua Regi  
plac.

63.  
Nanchini  
apertè Chri-  
stum præd.

63.  
Christiane  
Eecl. mores  
Magno fu-  
ctu Sinis e-  
natrat.

seruet: illic dum custodiuntur sollicitè pauci ad ea spectanda, & factas imagines prostratione corporis, & odorum vaporazione honorandis admissi sunt. Fauit tamen sententiæ Riccij maiorem in modum tam frequens Nanchini eorum spectaculum, & admiratio: ita enim supremis aula illius Mandatinis probata sunt, vt affirmarent Regi placitum, hortarenturque Riccium ad iterandum iter, nec fore illi, tametsi eterno, Pechini difficiles ad Regem accessus, cessante iam belli tapouci quæ olim eum excluderat suspiciosa causa, quibus ille ardentè instinctus, metûque insuper, ne quem Nanchientium Eunuchorum, vt est genus id auarum & perfidum subiret cupido, Regis gratiæ exclusu Patribus delatione munerum captandæ proficisci Pechinum maturauit; ac dum Cataneus rediret quem Macaum mittebat curando sibi viatico, & aliquibus ex Europa donis ad parandum sibi ad Regem aditum; nefas sibi putauit otiosi, sed procerum vsus beneuolentiæ, & securitate habitationis, Christum cœpit apertè prædicare ac frequentari ab auditoribus, eius claritudine exempli doctrinæque excitus. In iis digni sunt mandandæ in posteros prærogatiua memoriæ, qui ius primigenium Sinenlis Ecclesiæ suscepto baptismo occuparunt. Erant in ea familia Cin, inter militares factis & maioribus insigni; familia capæ annorum septuaginta senex, cum filiis, nepotibus, eorum vxoribus, & affinium turba idolis pertinacissimè addictus. Verum vbi Deo miserante in Riccium incedit, audiuitque de Deo perpauca suos omnes ad eum ampliùs audiendum, & percipiendum intelligentius deduxit, demptis feminis, quas verat mos patrius ab vilo vitorum præterquam a maritis, & parentibus conspici, à quibus fidei arcana edoctis, cum essent eruditæ, omnes simul, eorûmque famuli solenni baptismo tincti sunt. Senex Cin Paulus sacro ex fonte nomen duxit; maximus natus filiorum Martinus, tantis diuinitus vniuersi virtutum opibus cumulati vt earum magis quam temporis titulo primas in illa Christianitate promeriti fuerint. Saluatoris effigiem qua illos donauerat Riccius, elegantè ornato decorarunt, & metati sunt ei sacellum domi, vbi factis operabatur sapius, ad piam mulierum consolationem, quæ secessu perpetuo tenentur: vicissim illi Riccium, simulachrorum numero sane grandi donarunt flammis absumendo, quorum partem monstruosa vel polibra specie singularem, Macaum transmisit, vbi cum multa gratulatione, & lachrimis iucundo spectaculo fuere tanquam primitiu. Spolia subactæ Nanchini idololatriæ. Secuti sunt nascentis illic Ecclesiæ partus primos, Riccij opera complures, quos Pechinum iturus, in Christo educandos sociis reliquit, cum illustri existimatione Christianarum rerum, maximè apud Literatos vt qui noissent illas iusto pretio æstimare. Ad hoc illis prolixè ac sapiùs narrabat de Xenodochiis, publicis pauperum domibus, nosocomiis etiam insanabilium, imo & pestis & elephantia ictorum: de paedotrophis, ad alendos matrum inopum fetus; de peregrinorum, vndecumque nati, hospitiiis largoque ad hæc,